



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Geroldvs M. 7. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

OCT.
RIA,
tiquil-
RICK
M pa-
ngens-
nando
ū vim
dispar-
iblicā
is est,
plenis
Mox
mētis
DEL
c verō
ipso
at So-
es ad
a per
ustia,
RDI-
venti
or nec
is ad
cum
ginta,
nille,
Naves
Octo-
fugā
præ-
dam

7.OCT. *Vita Sanctorum.* 551
dam cessere majora sedecim supra cen-
tum, minora vero ducēta, quinquaginta
& sex. Atque hoc est, quod Opt. Pont.
de victoriā divinitus edoctus triumphū
VIRGINI decrevit, quotannis iteran-
dum, quodq; non pauci ē victore exer-
citū hostilia spolia ex voto ad Arā Lau-
retanam suspenderint. Fatale nimurum
LVNAE est ad **VIRGINIS** pedes abjici.
Ex Io. Gab. in vita Pii V. & Pet. Spin.

S.GEROLDVS M. 7.Octobris.

GEROLDVS à puero pietatem Du-
cem fecitus facile ad ipsa adyta
virtutis penetravit, multas tamen iden-
tidem pro castitate pugnas pugnavit,
vincendus, nisi aliis armis, quam nunc
amat adolescentia, usus fuisset. Ni-
murm hodie nativā in galeā suā tam-
molliter cristata frons ictus Cupidinis
eludet? in thorace tam vulnerato non
minus lacer animus tela improba re-
pellet? tot vincula etsi serica, vincula
tamen, fugam in hāc luctā tam lauda-
tam promovebunt scilicet? Aliter GE-
ROLDVS noster pugnavit. Ille fame
hostem obsidere, ille animum preci-
bus, pectus cilicio, manum flagello
obarmare, toties viator, quoties cæsus,
& aversis vulneribus nobilior, quam
adversis Romanus: quæ ille tunc po-
tissimum non horruit, cùm inter
pias commentationes cæsum Duce-
ob



ob oculos Christum posuit. Has victorias cùm per Hispanias & Italias circumulisset, jamque Palæstinam etiam meditaretur, militem suum Superi ad triumphum evocarunt. Etenim cùm pagum Cremonæ vicinum transiret, latrones duo, quò in insidias pertraherent GEROLDVM, litem ex composto ad simularunt. Hic nempe, quo gladiantes dirimeret, illicò occurrit. At illi jam dudum in mortem innocentis amici caduceatorem suum multis plagiis confecerunt, interque silvas abdidérunt. Sed excivit urbem urbisq; Pontificem æs campanum suâ sponte sonans, & ut Martyr facilius reperirent, prodigiosa lumina cælum accendit. Ex Ferrar.

S. OSITHA VIRG. 7.Octobr.

Qvantum, ô parentes, educatio præstat! quantum, ô liberi, quibus cum vitam à teneris societis, interest! OSITHA regii sanguinis in Angliâ puerilâ in Parthenone non profano sed sacro educta, quantum splendoris corona Anglicæ conciliavit! Et verò jam tunc prodidit cælum, quām curæ illi sit juventus probè instituta & majoribus suis morigera. Missa OSITHA cum libro trans pontem, & turbine ab hoc dejecta, undis hausta eredebatur. Sed Angelorum prædio, tertio die prodidit

num